Ferdinandus de Loazes miseratione divina Ilerdensis episcopus Dilecto nobis in Christo fratri Joanni Scanilla presbytero ordinis Sancti Joannis Hierosolimitani nullum ecclesiasticum
beneficium obtinenti Salutem in Domino Attendentes bonum et laudabile testimonium quod de te a fide dignis vendicas perhiberi vicariam perpetuam
ecclesie oppidi de Sena nostre diocesis Ilerdensis vacantem ad presens de jure pariter et de facto per obitum venerabilis fratris Martini Torrent presbyteri ultimi vicarii et posses
soris eiusdem ad presentationem nobis de te factam per venerabilem Petrum Larch presbyterum dicte ecclesie Ilerdensis beneficiatum ut procuratorem nobilis domine
Eleonoris de Ixar priorisse monasterii monialium de Sixena eiusdem ordinis Sancti Joannis Et ut priorisse predicte patrone asserte dicte vicarie
decretoque generali edicto ad tui instantiam publicato et debite executo et reportato et in contumaciam generaliter citatorum te ad faciendum fidem de juribus ad
missum Et quia per collationes coram nobis seu officiali nostro exhibitas productas et hostensas constitit atque constat dictam priorissam fore
et esse in quasi possessione presentandi ad ipsam vicariam perpetuam de Sena illamque vacavisse et vacare ad presens de jure pariter et de facto per
obitum dicti Torrent atque te fore et esse presbyterum habilem et ydoneum ad ipsam obtinendam Ideo sua cum declaratione idem officialis noster
dictam vicariam dicti oppidi de Sena cum omnibus juribus et pertinentiis suis tibi adiudicavit Tibi igitur tanquam benemerito damus conferimus
et assignamus atque etiam providemus de eadem salvis tamen juribus alienis premonitione teque per cuiusdam bireti capiti discreti Petri Barbera notarii pro
curatoris tui in personam tuam appositione de dicta vicaria presentialiter investimus cum omnibus juribus et pertinentiis universis ad dictam
vicariam pertinentibus et pertinere debentibus quoquomodo Curam et regimen animarum dicte vicarie tibi harum serie committentes Man
dantes tibi quatenus sic dictam curam et animarum regimen velis te habere prout quod de animabus tibi commissis digna altissimo reddere va
leas rationem Conscientiam tuam super hiis in domino honerando Tu vero eris de cetero nobis nostrisque successoribus episcopis canonice intrantibus obediens
et fidelis teneamurque sicut dictus procurator tuus in animam tuam juravit statuta et sententias nostras vicariorumque et officialium suorum
atque alia monita salubria humiliter adimplere Et dicte vicarie jura in omnibus et per omnia deffendere atque tueri Interesseque in dicta ecclesia
horis diurnis pariterque nocturnis et eidem in divinis congrue deservire Nos enim dilecto nobis in Christo illi presbytero dicte nostre diocesis Ilerdensis que
tu super hiis magis duxeris eligendum per presentes dicimus committimus et mandamus quatenus te vel procuratorem tuum in persona tuam in corpo
ralem realem et actualem possessionem seu quasi dicte vicarie mittat et inducat inductumque deffendat amoto exinde ab eadem quoli
bet illicito detentore tibique faciat de universis et singulis juribus dicte vicarie plenarie et integre responderi Contradictores quosli
bet et rebelles siqui sunt vel fuerint auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam viriliter compescendo In cuius rei testimonium presentes fieri jus
simus sigillo nostro impendenti munitas Datum Ilerde vigesima octava die mensis madii anno a nativitate domini millesimo quingentesimo quinquage
simo

F. eps Ilerden.

Sena

28/24

1550-5-28

M. 8.

450

Collacion de kay Escamilla de
la vicaria de Sena. die 12º
maij 1550 p. bartolomei martinij
torrent

C.68

nº. 14.